domus de Paulari tempora ad has partes divertisse.

Redimimus stabulam summi altaris a Joanne de Blaeue  
stabula summi civi Bruxellensi post multas litteras et expensas, quod diceret  
altaris redempta se bona fide ab hereticis emisse ut eodem pretio nobis  
restitueret, et solivimus eidem 29 florenos.

*Curtis ten Herbroeck* Curtis ten Herbroeck Andelaci fuit tempore rebellionis  
Herbroeck ex integro excusa, nec remansit vestigium aliquod, et  
restauratur. enim dominum cum stabulis, horreos, et aliis appendici-  
bus et expendimus spatio quatuor annorum plus quam  
494 florenos.

26 Maii redemptus est census 6 florenorum a D. Joanne  
Gautens Domino Camere computorum Insulensis quem  
recipiebamus super ruinosam domunculam in hac civitate  
justa aedes hab. Hoechrys, et eramus cum eo in lice  
tandem concordia facta recipimus tantum 72 florenos.

Conventus solebat recipere annua 3 florenos super domum  
Francisci Parys, verum domus excusa est, cuius fundum  
cum emisso domicella Lysenath dedit per modum  
eleemosyna 10 Aprilis 29 florenos.

*Glossam recuperat* 4 Augusti Glossam recuperat Parnesius, quam  
rat Due Parmensium perdidimus anno 1604.

*suis.* Paulo ante Istantemius Neomagnum Geldria me-

Hawkenemius  
Neomagnum occu-  
pat et paulo  
post cadit.

Aropolim, Potonio Scoto qui ei praerat, tradente accepit,  
requiisque presidium inducerat, amplissimis et dum co-  
acervatis Leonchii spolis protitus, verum dum se puglio  
non satis cautus cum hoste committit, lethali vulnera  
rauicularia ex quo mense Julio Tylareducis interit. Audim  
ego ex ore Hlmi Comitis Barlaymontii fratris ejus, pug-  
naciosum querendam se obtulisse ad curandum eum, sed  
noluisse opera ejus uti, ne gloriosam fedaret mortem.

Horum compi-  
lator natus est castro, Deumque deprecatur per piissimam ejus misericor-  
diam et merita passionis Domini nostri Iesu Christi et  
Gandam suffragia omnium Sanctorum nominationem P. Clarae cuius  
festinus dies erat et in cibis quoque translatione (qua  
2 Octobris in Ordine Minorum celebratur) post 20 annos  
in hac domo professionem emisit, ut non contingat illi  
hunc diei maledicere unquam, sed illi felix faustus  
que sit. Amen.

Pater ejus D. Matthaeus de Wal ex Ducatu Luxem-  
burgensi, capitaneus trecentorum milionum, praerat Aunc  
Temporis castro, prout conditiones pacis intulit cum civitate  
postulabant, et essent Belge in presidio et remanent  
usque nunc semper aliqui Hispanis nati. Mater ejus Anna  
de Ville en Arderma et suscepitores R. D. Petrus Damant et decanus G. Bavonis,  
postea episcopus, et Domina Eleonora de Savari.

D. Matthias  
Caitinus Vicarius professorus primo domus Parisiensis secundo Cartusie Vicarius  
Cartusie et totius generalis ac R. Patris coadjutor.  
In hoc mense Augusto esse quoque desit. Guilelmus  
Ordinis monitar.

Moritur etiam Gonzaga Mantua Dux: cui succedit Vincentius filius unicus  
Dux Mantuae ambo natus ap.

Hec Florentia.

Gonzagam pene subsecutus est Franciscus Medices mag-  
nus Euscic Princeps, et hunc non ita multo post Blanca  
Capella ejus uxor: mortui hi sine herede cuius locum  
soratemque Ferdinandus S. R. C. Cardinalis Francisci frater  
occupavit mense Octobri qui omnes in carta sequentis  
Capituli commendati inveniuntur.

Leodii professionem emisit in Cartuaria D. Richardus  
de Vaulx Bastoniensis ibidem pastor et decanus 2 Julii  
in festo Visitacionis B. Mariae.

Moritur B<sup>m</sup> Anno 1588 Januarii 24 obit. B<sup>m</sup> D. Iohannes Baptista  
D. y. B. Ruinus Ruinus professor domus Papie, magnus commendator Tho.  
commendator ho spitalitatis Sancti Spiritus in urbe et quendam Ordinis  
spitalitatis S. Spi. Generalis, alias Prior Capri, Roma, Neapolis, Visitator pro-  
curatus in urbe, vincix Lombardie remotionis.

B<sup>m</sup> D. Franciscus Episcopatus et vita numeribus defunctus quoque est  
de Casa nova 6 Maii (verius praeterito anno, quam presenti) B<sup>m</sup>  
episcopus Apitan. D. Franciscus de Casa nova episcopus Apitanus profes-  
sis Ordinis nativitas et alias Prior Adriensis et Boni passus nec non  
professus.

Visitator provincie Provincia Apita Julia, gallice c Apl.,  
est in Gallia Narbonensi, distab ab Aquia sextius glencis.  
Vocatur et. Franciscus de Limiana in carta anni 1574.

Oberunt monachi 45, Conversi 20, Aboniales 3, Donati 12:  
personae 80.

Pium hoc anno injuncta est missio pro B<sup>m</sup> episcopo

Primo anno Urzelensi Ordinis nostri professio Andrea scilicet a Capella.

scilicet <sup>1588</sup>

### Ordinationes

episcopum Urzelensem Ordinationem anno praecerto factam, quae incipit: Ex quo  
is D. Andreus pro novorum, etc., confirmamus et pro perpetua ordinatione  
Capella. haberi volumus.

Confirmamus etiam ordinationem de afferendis exemplari.

Confirmatio ob eius prime foundationis cuiusque domus ad Cartusianum fu-  
dationum publica fide munitis.

Accedit ami.

Confirmamus insuper ordinationem de accessu novorum  
Priorum ad Cartusianam infra biennium, nisi per Visitatores  
provincie excusarentur propter penitentiam domus aut alia  
rationabili causa.

R. P. Hieronymo Roverendo in Christo Patri D. Hieronymo Picori Majoris  
mus Lignanus Cartuxie pro sua infirmitatis levamine et ratione prout  
absolvitur a pretiis, et necessarium esse judicavimus fit misericordia, cu-  
Prioratu Cartuxie p[ro]p[ter] erga Cartuxie dominum et universum Ordinem studium,  
et laudatum. caritatem, fidelitatem tum a multis amissi experientia nota  
omnibus fecit, tum etiam novissime acceptatione Prioratus  
domus Cartuxie notissimam reddidit, licet enim iam pro-  
pter prios et strenuos labores pro ordine susceptos fractus, et  
longa infirmitate debilitatus hoc omnis sibi laboriosissimum ma-  
rito protinus omnino recusare. Quia tamen ab his qui e  
Cartusia vel missi fuerant vel ei scripserant instantissimis  
precibus rogatus et obsecratus fuit, promotione de se facta  
consentire, maluit carissimos sibi filios, quos in Ordine genuerat,  
domumque sua sanitati et consolationi aptissimam deserere quam  
tum in temporalibus, tum in spiritualibus auxerat et ornaverat,

et cum sua valetudinis manifesto detimento ac periculo ad hanc Cartusie domum sua complexione siueque infirmitatibus propter aeris et loci incommoditatem valde contrariam accedere, quam demandatum obedientiam non implore, paratussumus etiam siueque ad mortem istud obedientie onus, licet propter suas infirmitates gravissimum sustinere, nisi Patres Ordinis ejus sanitati et consolationi consulere volentes misericordiam quam postulabat ei impendissent. Propterea cum multa laude quas possumus gratias ei agimus pro sua Santa Tamque exemplari obedientiae resignatione, Tamque dilectionis et fidelitatis testimonio erga hanc Majoris Cartusie domum et universam Ordinem, cui spiritualia beneficia reprendere volentes praeter Monachatum et Mariae de B. Maria quam iam per totum Ordinem pro suis meritis obtinuit, concedimus ei more Reverendorum Patrum post ejus obitum, quem Deus felicem faciat, adhuc duplicem Monachatum per totum ordinem. Ceterum probamus, rata et grata habemus quacumque per eum auct. ejus coadjutorem vel vicarium et scribam acta vel concessa fuerunt, ~~et~~ de eorum firmitate quis dubitabat. Tolumus eundem R. Patrem absolutum cum eisdem dignitatibus officiis quae prius habebat ad dominum Bononiae reverti, et a suis dilectissimis filiis cum omnibus debitis obsequiis, honore, reverentia et amore suscipi et fore.

D. Hieronymus Et preficiens in Priorum dicto Majoris Cartusie D. Hieronymus Marchand succedit rosygnum Marchand ejusdem domus secundo professorum, in Prioratum earum profterea a Prioratu domus Lugdunensis absolutum, et una cum per diffini nimi omnium Patrum Diffinitorum consensu electum. dores Capitali electus.

P.P.D. Hiero. At plurimum P.P.D. Hieronymus Lignanus sic limites nymus Lignanus Cartusie exierat, quin pranter e vita excessit 24 mensis Nam cum Capitulum inchoatum fuit 16 ejusdem mensis, postea alia quae universo prestatib. Ordini commoda curavit expensis Majoris Cartusie in magno folio cum canto impimi Hymnos omnes quibus per totius anni circulum utimur, idque per Theobaldum Ancelinum.

De ordinatione provincia haec notanda venimus.

D. Gulielmus Prior domus Lyre non fit misericordia, et D. Gulielmus Adriani Bruxellae Brouwershavus professor Cartusie iusta licentiam sibi communshavus profans missam exercebat officium Procuratoris ejusdem domus, et Cartusie iuste iusta mentem P. Visitatoris Prioris Bruxellae facimus cum Auctor Procuratorum bonorum Cartusie.

Prior domus Prior. Sylvie S. Martini non fit misericordia, et Prior Lyre et bonorum tamur Priorum ut habeat bonam patientiam in paupertate sua, donec Deus pacis et dilectionis dei illi tempora meliora.

Domus Geodii Prior domus Geodii non fit misericordia et speramus proficit in me ex hujus domus profectu vicinas quoque domas augeri possemus personam, nam praeterito anno in festo Visitacionis professionem emiserat D. Richardus de Vaulx decanus Bestoniensis quem alii viri maturi et graves secuti sunt principui Academates.

Prior domus Sophie non fit misericordia et monachi illius domus non conformant se hinc saeculo negotiis, sed se electos agnoscant quia a saeculi tumultu debeat abstinere.

Prætoreca (Sequentia adjunguntur ordinationi domus Lovanii, ubi moralantur.) Papes Angli inter se pacifice rorans exiliisque

rum aquo animo ferant, ac præcipue cum Prior suo pacem conservant, necessimque mutuan caritatem foreant et complecantur.

Vicario Monialium domus Brugis non fit misericordia et tanto magis tenemur de rotis virginibus Ordinis nostri destructæ domus S. Annae prope Brugas subvenire, eorum paupertati providere cupientes hortamur ut qualibet domus ejusdem provincie sibi subtrahat aliquid de suis necessitatibus ad elargiendum predictis Deo servientibus virginibus.

Domus Scala Cartusia Eborasensis sub invocatione B. Virginis Deipare Scala Cœli Ordini nostro incorporata fuit 20 Maii de qua re pasto incorporeentes litteras dederunt confirmantes foundationis et dotacionis instrumentum quod in superiori anno ex parte descripti et manu propria sub signaverunt: Fr. Hieronymus, Prior Cœli, Fr. Joannes Baptista, Prior domus Bononiae, Fr. Guilielmus, Prior domus Buxie, Fr. Joannes Michael, Prior domus Parisiensis, Fr. Generus Curbulus, Prior domus Neapolis, Fr. Joannes de P. Jacobo, Prior domus de Coris, Fr. Antonius, Prior domus Hankie, Fr. Franciscus Jannus Prior domus Arimonie, Fr. Gerardus Janner, Rector Corone pro domo Cartusie.

Per hoc Capitulum (ne fallor) saltem hac aestate absolutus ab officio V. P. D. Joannes L'Excluse Prior Cartusie Valencenensis et Visitator istius provincie divertit ad hanc domum, et a P. Christiano Priore hujus domus et conventu benignè susceptus sicut fuerant ab ipso, et mansit hic integro anno usque ad Nativitatem B. Virginis anni subsequentis quando fuit vocatus ad Cartusiam. Hic Pater ma-

gne fuit estimatio et autoritas in Ordine, unde plurima  
tulit suffragia (si non sufficientia) in electione R. Patris  
post obitum R.P. Bernardi Carassi et modo vidimus corri-  
alem ipsius quamvis confirmatum non prosperasse, nec tamen  
hic ad Prioratum Carassie pervenit, quin et proprio privatus  
fuit, quidam enim calumniam ipsi fecerunt quod cum  
demoniacos exorcisaret et nonnullos etiam liberaret tamen  
Quamvis qui cum quadam Moniali Ordinis nostri iusta Bethuniam (de  
dom regant rem qua Martinus Delrio scribit Aucto Ordine) non satis sa-  
cramino gestam priuiter egisse videbatur et in tantum plus ordinarii locorum  
sic ut narrat. et amuli zelo in eum concitati sunt, forte quod circa huc  
Tempora Hispaniae in Portugallia virgo que die facta san-  
ctitatis specie magnum consecuta nomen, vulgaris sed et prae-  
cipua autoritate viros ludibrio habuerat, detecta ab inquisito-  
ribus fraude, decreta supplicia scelere multo minore sen-  
tio vitoriam sentia promulgata monse Martio anno subsequentis. Sub-  
clasi navalii securus est obitus Ludovici Granate e Dominicano Ordine  
de qua mox viri pietate Prostantis, cui aequalis Joannes Arilla fuit ex-  
sequitur. excellens Ecclesiastes pietatis studio fervens.

Hypenda re. Hypenda regis Hispaniarum classis solo triennio apparata  
gis Hispaniarum hoc anno ineunte vere solvens, tempestatibus mire factata  
classis ingloria ab hostibus etiam Anglis totis tribus mensibus pressime exce-  
cedere cogitur. pta, partim submersa partim rupta, lacera et ingloria  
Hispanias tandem repotere coacta est plurimi Dicem Par-  
mensem quod ad diem conductum non venient, apud regem  
Aemere accusantes. Sic humanos conatus nisi alter deludit.  
Omnino militie Hispanick flot in ea expeditione perire ea

calamitate multa gentis peccata vindicata.

Insuper Dux Parmensis Monkes ad zomam aggressus pellitur.

Videamus num economiam nostrorum officialium, quorum unus sic scribit:

Curtis in halflinge pro majori parte erat destruta, et expendimus pro ejusdem reparatione tempore Prioratus D. Christiani plusquam 413 florenos.

Villa S. Anne pede erat omnino desolata, et expendit ibidem Dominus Prior tempore sue administrationis plusquam 560 florenos.

In antiquo monasterio pro reparatione celle, et praesertim pro conservatione domus abbatis, que fere integra in muri remanserat, postea, ut suo loco et tempore dicitur fulmine exusta est expensibus plusquam 117 florenos.

Venerabilis autem P.D. Joannes & Escluse supradictus Cartusie Valencenensis ex prefectus videns nostram desolationem, et monasterium nostri antiqui eversionem omnibus modis persuasit expedire omnino ut emeretur locus infra mania civitatis, in quo pro majori securitate et quiete Religiosorum dictum monasterium de novo erigi, et redificari poset sicut et ipse dominum suum intra muros oppidi Valencenensis redificaverat.

Sed quia ab temporis calamitatem, et praeteritas miseras, pecunias non haberemus, coacti fuimus configere ad R.P.D. Hieronymum Marchantem, a quo obtinuimus licentiam vendendi bona immobilia.

Domus huius emitat Circa festum Annivm Sanctorum has edes cum horto, ab haeredibus Fr. Turni et aliis appendicibus longitudine trium giornalium, renti Vtuel, ac ubi nunc edificatum est monasterium emimus ab haeredibus jis imaginem ad Floriani Utuel, pro quibus propter duo millia florenorum quos rurum item unius et florum cestere est in tabula que non inconveniente pendat in sacello ad portam absque nomine et insignibus.

1588

debimus solvere deditus adhuc unum pratum in Garenbeek sitem in loco dicto die Hasselt quantitatis duorum boniiorum et dimidiu jornalis, pro eius locatione solebat conventus annue recipere 50 florenos.

Ad inveniendam summam duorum milium flororum, quos solvere debimus pro isto loco accepimus sub onere anno a Joanne Dijens summam 334 flororum, pro qua summa annum illi solvimus redditum 16 flororum redimibilem denario decimo sexto.

Hec vendidimus duo bonaria terra sita in pago Anderlensi, unum situatum in loco dicto Huyvenberghe, et alterum in loco dicto de Koolstrate receperimus pro summa capitali 423 flororum.

A paucis tempore locus hic devenerat ad manus sacularium, fuerat autem antea hospitium abbatis Noviensi unde nihil nobis contulit; debimus solvere iura et procurare amortizationem prout sequenti anno dicetur.

Nec ingratum erit lectori, si loci antiquitatem asseram: Joannes quidam de Bailloen vendidit hunc locum Locus hic antea dictum Den Creeft circa molendinum dictum Den de Creeft num Driesmoelen et flumen Zeman abbatij Affligemensi qui cuperatur. abbas rursus vendidit brevi post ut appareat) abbati S. Cornelii Noviensi circa annum 1431, qui eodem anno reliquas appendices a dicto Joanne Bulloen emit, prout declarat sequens littera.

Notum ist universis quod Dominus Joannes de Bulloen presbyter filius quondam Andrex de Bulloen confirmat cum debita renuntiatione Reverendo in Christo Patri

et Domino, Domino Bartholomeo de Horne abbatii monasterie  
 S. Cornelii Hyenevensis recipiendam et acceptandam nomine et ad  
 opus ejusdem monasterii medietatem unam et tres quartas  
 partes in altera medietate, ac omne ius et omnem partem  
 quas prefatus Dominus Joannes habuit in ultima quarta parte  
 ejusdem alterius medietatis mansionis et sui fundi, ac omnium  
 domorum in ipso fundo stantium promerii aquarum et fos-  
 satorum ad ipsam mansionem spectantium ac ceterorum sua-  
 rum pertinentium nuncupatarum vulgariter de Crecht sizarum  
 ad locum dictum tē Drieschmoelen inter Zennam ibidem  
 currentem ex una parte, et vicum ibidem ex altera.  
 Item medietatem unam, et tres quartas partes in altera  
 medietate, ac omne ius et omnem partem, quas prefatus  
 Dominus Joannes habuit in quarta seu ultima quarta parte  
 ejusdem alterius medietatis domistadie et quinque domorum  
 superstantium sizarum ante bona iam dicta nuncupatarum de Crecht  
 ex opposito molendini ibidem. Et ibidein sufficienes assigna-  
 turum pro allodio, salvo censu seu redditice quatuor caponum  
 ex dicta integrali mansione et suo fundo appellato de Crecht  
 dumtaxat probenda canonicali quam in ecclesia B. Gudule  
 Bruxellensis tenere consuevit et possidere quondam Do-  
 minus Cheodonius de Gorchem annuatim et hereditarum  
 exēm. et solvēt. cum omni allodiali ac reliquo iure,  
 nec non eisdem Varandia et firmitate quas prefatus  
 Dominus Joannes de Bulloen habuit, in et de premisis  
 ut in litteris scilicet Bruxellensium despēr confectis,  
 quas idem Dominus Joannes de Bulloen cum omni iure  
 quod habuit in eisdem prefatis Domino Bartholomeo de

1588

Hocne ad opus predictum sponte tradidit plenius continetur.  
 Testes sunt jacobus dictus Laye et Arnoldus de Eysche dictus  
 Vanden Bossche junior scalini Bruxellenses quorum n-  
 gilla presentibus sunt appensa. Datum anno 1431 die  
 16 mensis Augusti. Subsignavit Walt. de belot.

Ut penitus cognoscamus statum hujus temporis quo nostri  
 decreverunt habitate intra muros civitatis conventionem de  
 bonis Capituli generalis subjungam, quod hic in vicinio  
 sita sint.

*f.* Dicta bona anno 1586 elocavit Prior Christianus cuidam  
 coniliario qui habuit ibi alia bona adjacentia. Iste debuisse  
 solvere pro anno 87 quinquaginta florenos et pro anno 88  
 et subsequentibus usque ad finem termini singulis anni  
 centum florenos, sed ab isto nihil fuit receptum, et no-  
 bus quoque dimittere verras. Conqueritur enim se ali-  
 quot millia florenorum expendisse pro equis, raccis, et  
 alio jumentis necessariis qui etiam ex morbo ex magna  
 parte perierunt, et via quoque patet accessus ad locum

Hoc circumqua dictum Wemmel ubi bona ista situta sunt propter gas-  
 que regio quam santes Ham praedones quam milites regio. Sic Prior Bru-  
 infesta excursione eccelle evocato D. Guilielmo Bronvershano professo domus Ha-  
 bas militum et joris Cartusie et Procuratore domus Lyre cui super in-  
 padonum.

A tendentia bonorum Cartusie et Capituli fuit commissa  
 ne terre manerent iterum in culte et deserto coacti  
 sunt facere aliud contractum videlicet ex quo ex messe  
 anni 87 nihil habueret emolumendi, sed potius multa  
 incommoda sustinueret prout etiam declararunt viri  
 fide digni sic fuerunt contenti pro anno 87 nihil recuperare,

sed pro anno 88 jam cesso in festo praeterito P. Andreæ solvst 72 flor.  
renos, quos mittimus R. Patri domus Majoris Cartusie et subsequen-  
tibz aliquando tibz annis singulis recipiet. Capitulum generale usque ad finem  
D. Christianus postermi 72. Nec debet R. Pater mirari, quod haec terra non pro-  
proventu anno fuerint carius elocari, quia agri nunc sunt parva estimatio  
332 florens autem propter raritatem cultorum; unde fit quod adhuc majori  
so sancta soli pars agrorum totius Brabantie manu inculta. Habet quoque  
domus Cartusie Bruxellensis et quedam alia loca sacra ac  
etiam diversi seculares terras in dicto loco de Wemmel  
quæ jacent inculta, et adhuc, ut timetur diu manebant  
in eodem statu quia nemo est qui aliquid offert pro  
illis terris, et si pro rili pretio cuperent possessores sua bona  
elocare.

Confirmatio gratiarum, indulgentiarum, exemptionum  
et privilegiorum Ordinis Cartusianis.

Sixtus Papa V ad perpetuam rei memoriam. Pro nostra  
propensa caritate et paterno affectu erga sacrum Car-  
thusianum Ordinem, quem virtus Altissimi ad lau-  
dem sui nominis jam supra quingentos annos in Eccles-  
ia militanti constituit, volentes illius professores non minoribus  
ribus favoribus apostolicis, quam fecerunt alii Romani  
Pontifices predecessores nostri, humilibus supplicationibus di-  
cunt hic ambo lechi filii Tynatici Perrhoni ejusdem Ordinis et domus Cartu-  
sequens Capitulo side B. Mariae et omnium angelorum et martyrum Dei  
lum. de urbe Prioris, nomine dilecti itidem filii Hieronymi Her-  
cantis Prioris Majoris Cartusie, ac ministri generalis ipsius  
Ordinis, in hoc Nobis porrectis, benigne amante, omnia et,

1588

singula privilegia, prerogativas, favores, dispensationes, facultates, concesiones, immunitates, libertates, exemptiones conservatorias, peccatorum remissiones etiam plenarias, gratias ceteraque indulcta spiritualia et temporalia ac litteras et alia quocumque documenta, etiam per solam signataram, aut rixa vocis oraculo desuper perfecta Ordini profecto Cartusiensi, illiusque fam virorum quam mulierum ecclesias dominibus et locis, nec non Prioribus, Priorissis et aliis Superioribus, religiosis monachis Conversis, Monialibus, Donatis Novitis, servitoribus, familiaribus, agricultis et personis quibuscumque nunc et pro tempore existentibus, illorumque bonis et rebus per quocumque Romanos Pontifices prius decemores nostros et Iedem Apostolicam motu proprio, seu alias quovis modo sive causa, conjunctim vel divisiim, tam in specie quam in genere etiam per modum declarationis communicationis et extensionis active vel passive inter se ad eum aliis quibusvis Ordinibus regularibus sub quavis verborum forma et expressione etiam iteratis vicibus concessa, approbata et innovata, illorum omnium et singularium etiam si talia continerent, quae non generali sermone comprehenderentur, sed specialem ac individuam mentitionem requirerent tenores et affectus, ac si de verbo ad verbum inservirentur et specifice hic enarrarentur pro plene et sufficienter expressis habentes in his omnibus in quibus decretis sacri concilii Tridentini non repugnant Apostolica autoritate ex certa scientia nostra harum serie approbamus, confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, ac illis perpetue firmatis

robur adiuvimus atque inviolabiliter observari: nec non omnibus et  
 singulis quos concernere quomodolibet possunt, perpetuo suffra-  
 gari debere, eisque quod nullatenus derogari possit: supplentes om-  
 nes et singulos juris et facti ac solemnitatum, etiam de juris  
 necessitate aut alias quomodolibet requisitarum forsitan omis-  
 sum, et alias quoscumque defectus si qui forsitan interierint in  
 eisdem. Tuncque per quoscumque judices et Commissarios etiam  
 P.R.C. Cardinales, ac causarum palatii apostolici Auditores in  
 quavis causa et instantia sublata eis, et eorum cui libet  
 quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, judicari ac  
 definiri debere. Et si secus super his a quoquam quavis auto-  
 ritate scienter vel ignorantiter attentari contigerit irritum et  
 inane decernimus. Mandantes hujus Ordinis P. Romanae Co-  
 clexie apud Nos et. Tadem Apostolicam cardinali protectori  
 seu vice protectori pro tempore existenti, curiaeque cau-  
 sarum Camerae apostolicae generali auditori ac omnibus et  
 singulis tam metropolitanarum quam cathedralium ecclae-  
 sarum episcopis, canoniciis aliquaque personis in dignitate  
 ecclesiastica, et ubique locorum constitutis, coram quibus  
 predicatorum privilegiorum litterarum vel illorum authentium  
 transumptum presentari contigerit, ut ipsi duo aut unius  
 eorum per se vel alium aut alias eidem Cartusiensi Or-  
 dinis, illiusque ecclesie, domibus, Ministerio generali Prioribus,  
 Priorissis, Monachis Conversis, Monialibus, Donatis, Novitiis,  
 servitoribus, familiaribus et aliis personis, et utriusque sexus  
 Religiosis bonisque et rebus eorum tam in genere quam in  
 specie efficacis defensionis presidio assistentes, faciant illos,

illas ac illa, quos, quas et que, ut prefertur concernunt, privilegiis, immunitatibus, indultis, ceterisque predictis ac illorum praesenti confirmatione, approbatione, adjectione, decreto et alia nostris hujusmodi factis vel expresse contentis pacifice uti, fui et gaudere.

Non permittentes per quemquam quamvis autoritate fungentem temporali, vel spirituali desuper indebet molestari sub quo quis defectu et causa etiam defectu intentionis nostre: contradictores et rebelles quoscumque per censuras ecclesiasticas et pecuniarias penas ac alia iuriis opportuna remedia, appellatione postposita compescendo, illaque incidine declarando, ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et penas antedictas etiam iteratis vicibus aggravando invocato quique ad id, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non abstinentibus premiosis, et de diabolo non solum tribus dictis, nec non aliis tam apostolicis quam in quibusvis generalibus provincialibus synodalibus Conciliis, editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis quoque, usibus, naturis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quamvis firmatae alia robora predictis privilegiis, insuper indultis et litteris apostolicis a quibusvis Romanis Pontificibus predecessoribus nostris et Sole Apostolica, etiam in forma Brevis, de plenitudine potestatis apostolicae, motu proprio, et ex certa scientia, ac per modum legis et statutorum perpetui, similium vel dissimilium gratiarum et privilegiorum revocatoris, limitativis, declarativis, amnullatibus, mentis attestativis, derogatoriis derogatoriis, cum quibusvis efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis et decretis; etiam irritantibus quonodilibet, etiam

iteratis vicibus concessis, approbatas et innovatis ac omnibus, quae ipse praedecemores nostri eorum litteris non obstatere voluerunt. Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis specifica et expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quavis alia expressio habenda, aut forma exquisita ad hoc servanda fons, etiam quod in eis caveatur expresse quod illis nullatenus, aut nisi sub certis modo et forma derogari possint, tenores huiusmodi; ac si de verbo ad verbum, nihil primitus omissio, et forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes latissime motu, scientia et autoritate similibus derogamus, et ceteris contrariis quibuscumque. Ceterum quia difficile esset has nostras litteras ad singula loca deferri, volumus pariter et apostolica autoritate statuimus quod illarum exemplis etiam impressis sigillo dicti Cardinalis protectoris seu vice protectoris, vel alicuius curiae ecclesiastice atque notarii publici subscriptione munitis eadem prorsus fides in iusticio et extra ubique adhibeatur quae huiusmodi originalibus nostris litteris adhibetur, si forent exhibitis vel ostensae. Datum Roma apud S. Petrum sub amulo Piscatoris die 3 Novembris 1788, Pontificatus nostri anno quarto.

Alia preterea obtinuerunt a Summo Pontifice quae declarantur sequenti Capitulo.

Epicopus Lindanus <sup>R<sup>ms</sup> Lindanus primus Burmundenus episcopus ad episcopatum, in Eapi-Aum. Gandensem translatus moritur 2 Novembris in die annulo recommendatus marum. Sepultus communis tumulo cum primo eius eccl<sup>s</sup>ie episcopo Cornelio Jansenio cum ac inscriptione:</sup>

Unicus est Phenix: cineres hac tumba duorum

Phenicum vere Religiosis habet.

Roma in die  
ceri Coloniensi  
recepta.

Roma a Scenakio superiore anno occupata per Cardinalem  
Chimeum Principem recepta est anno obsecionis mense qui  
September erat.

Petrus Ernestus Comes Mansfeldius Wachtendorf in Gel-  
dria 20 Decembis obtinet; verum domus Insula Regina eadem apud  
Thesalam per quas solo adaequata fuit.

Hennius Dux  
Guisius et Lu-  
xembris man-  
dante rege suu  
cardinalis man-  
dante rege suu  
Decembis 23 Floris Henricus Lotharingus Guisius Dux Hen-  
rici III Gallie regis summa perfidia ab satellitibus ipso spectante  
domus ejus frater rege crudeliter confoditur.

Postridie idem rex Ludovicum cardinalem archiepiscopum  
Rohemensem Guisiani Ducis fratrem cruentis stipatorum specu-  
lis praecepit etiam crucidari. Utique habuit cum psalterio  
Monachatum per totum Ordinem, quippe qui fierant acer-  
rimi religionis christiane assertores, vindices et propagatores  
eorum corpora iussu regis cremantur ac in cineres redigun-  
tur, et in flumen projectantur. Proceres quoque catholici inter  
quos Illi cardinalis Borbonius carceribus mancipantur.

Hic est finis illius anni supra millesimum quingente-  
simum octuagessimi octauo, quo non solum in seculo sed  
et in Ordine nostro varios eventus rerumque gravissimas mu-  
tationes et velut totius orbis paroxysmos conspeximus de  
quo Joannes Regiomontanus mathematicus olim ante annos  
centum hocce prognosticum cecinit:

Post mille expletos a parte Virginis annos

Et post quingentos rursum ab axe datus  
Octuagessimus octauus mirabilis annus

Ingruet et secum tristia fata trahet.

1889

33

Anno 1589 primum occurrit more Catharinae Medicis reginae Francie quo 12 post Guisios die extincta est, haud inanis ratus turbarum et malorum, quo mox subsecuta sunt.

In Belgio R<sup>m</sup> Joannes Hanchinus Mechliniensem archiepiscopum secundus mortuus ipso Januarii, vir candore, comitate, prudenter, pietate insignis, recommendatus quoque in carta Capituli.

Presidiarii Monasterii S. Gertrudis Summeliander, urbem Ducis Parmensi deduxit 6 Aprilis.

Pro reparacionibus domorum Anderlaci expendimus plusquam 77 florenos.

Hec 10 Aprilis emimus a joanne Van Gundertale in Nonnenbeek dimidium giornale terra ubi solet esse domus ab hereticis exusta, inde recipiebamus antea annue 30 stuferas.

In Aprili solius pro hac domo propter proutum 9 giornalium dictum die Hasselt in Scarenbeek his mille florenos, ubi jam superiori anno dicimus.

Hec sollicitando pro amortisatione hujus domus expendimus ultra centum florenos, et tenemur Duci Brabantia adhuc annuere unius floreni censum irridimibilem, et ratione fundi cuidam canonico D. Gudule quatuor capones.

R. Patris et Capituli generalis consensus quoque accessit per chartam quo sic habet: Prior domus Bruxella non sit misericordia cuius translationi intra membra civitatis consentimus cum maturo consilio predicti Patris domus Valencenorum et unius ac alterius Prioris provincie si possint habui; nec non dictorum amicorum domus et ordinis.

29 Martii III<sup>m</sup> et R<sup>m</sup> D.B. Alexander Farnesius G.R.C. car-

1589

dinalis, patruus Duciis Parmensis (ex quo forte nomen acceptum) Princeps grandioris virtute, consilio et opibus prollus, gratias bonis, gravis improbis qui plurimas cum laude obierat, legationes ex hac vita sublatas est habitusque in Ordine Brucenarium sing.  
2<sup>o</sup> loco in carta.

Hierunt monachi 47, Conversi 10, Moniales 4, Donati 3.

Maria Rieu Inter Moniales autem est Soror Maria Rieu professa dominica monialis domini nos Gomay habens Missam de Beata in septem provinciis Germaniae. Hoc, ut refertur, fuit religiosa virtute praestans quae mortificationem Iesu Christi: pertulit in suo corpore, et propterea magna estimationis apud omnes; post annum ab obitu ejus dum prope ejus sepulcrum foderetur, resipilla animadverstis ejus vestimenta adhuc integra permanere et in Aibia discoperta vidil carnem integrum et album sine ulla putredine. Eam propria manu inscripsit carte R.P.D. Hieronymus Marchant.

### Ordinationes

Confirmatur Ordinali Capitulum generale, quod in omnibus diuinis officiis anni 1590, 1597, ubi dicitur Dominicalis Oratio sub silentio subiungitur etiam Salutatio angelica.

### Notifications ejusdem Capituli

Significat praeterea et intimat Ordini se habere privilegium S. Pauli: quo licet in posterum mittere ad triremes criminosos....

Duo privilegio egregie usi sunt. Pateres qui sequenti Capitulo praefuerent.

Ea erat etiam Summi Pontificis Sixti V rigida et malis omnibus pene inexorabilis justitia. Unde proverbium delinquentibus inculcatum Memento Sixtum adhuc vivere.

Declarat etiam (Capitulum) se habere P. Pont. breve, quo conceditur posse fieri uniones parvarum domorum.

Pontifical preterea idem Capitulum Ordinis emanasse quendam bullas Sixti V in quibus sunt multe conditiones necessarie in professione et receptione Novitiorum, quibus non servatis multe et magnae consequuntur penae ideo monet et prescribit illas conditiones debere diligentissime servari et neminem admitti debere ad habendum vel professionem, nisi prius illis bullis diligentissime lectis et servatis. Procurantque omnes ad quos spectat illam quamcunque habere et interim etiam P. Pater curabil quamprimum illas mittere Visitatoribus province. Et interim declarat ex vi ejusdem predictae Constitutionis nullas et invalidas esse omnes et singulas institutiones vel electiones omnium Priorum, Rectorum, Vicariorum et Antiquiorum qui sunt ex illegitimo matrimonio nati, nisi specialiter et nominatione cum eorum singulis fuit super natalium defectu ad honores, gradus, et dignitates obtainendas ante vel post ingressum Ordinis per Rom. Pont. immediate vel de ejus speciali mandato dispensatum, deque dispensatione sive mandato per litteras apostolicas seu in forma brevi, vel saltem per patentes litteras Cardinalis pro-Actoris de ipsis Rom. Pont. voluntate fidem facientes legitime considerari.

Annotatio.

Videtur jus commune. Quia professio in religione approbata tollit irregularitatem, ut possit talis ordinari, et beneficium simplex obtinere, non tamen potest eligi ad prelaturam, ut ad abbatiam virorum aut feminarum nec ad beneficium habens curam animalium. (Barbarus, cap. I de filio presb. — Leonius, de statu religioso. dub. 8.) Tamen Venerabilis Prior noster D. Bruno D'Hostelair dicit tales promoveri in nostro Ordine ad omnes digni-

festis præterquam Prioratus Majoris Cartusie et Generalatus Ordinis, sepe ramen fit talibus negotiis propter defectum predictum.

Festa indicia  
per Statutum &  
Pontificem.

Premissis declaratis indicata fuisse ab eodem S. Pontifice infra festa S. Francisci de Paula Conf. 2 Aprilis, S. Petri Mart. 29 ejusdem mensis, S. Nicolai de Tolentino Conf. 10 Septemboris, S. Antonii de Padua Conf. 13 Junii, S. Bonaventura Episc. et Conf. 14 Julii, SS. Januarii Mart. et sociorum ejus 3 lectionum festum 19 Septemboris, SS. Placidi Mart. et sociorum ejus 3 lectionum festum 3 Octobris, S. Didaci Conf. 3 lectionum festum 12 Novemboris; cetera vero festa sunt 12 lectionum.

Dux super accidit plurimum eratum fuisse in quodam electione ne posthac per ignorantiam errare contingat, præcepit Capitulum generale antequam Vicarius proponat quæ ab eodem proponenda esse Statutum decretum cumdem Vicarium legere debere hoc Conventui monachorum cap. VI sess. 29 S. Concilii Tridentini et statutum capitulum de electione Prioris contentum in nostis Statutis. Ut ex parte succurramus domini Cartusie saltem ex suo iustum putamus ut aduentantes qui sunt multi solvant taxam tam pro se quam pro famulis et equitaturis, quam decreverit R. Pater. Idem faciant qui vident ad Capitulum generale ante feriam quintam ferme Dominicæ post octavas Paschæ.

Dux multæ licentie tam recreationum quam aliarum rerum contra Statuta multis permisæ sunt: presenti decreto omnes illas revocamus et de cetero ne fiant prohibemus.

Visitatores singularium provinciarum Ordinis in suis provinciis deputent sicutem duo vel plura monasteria si necesse sit, quorum Superiores intra annum sicutem ad inquisitionem super Novitius faciendam, et ad ipsos Religiosos justa formam Constitutionis edita per S. Pont. Sextum & c. ad alia, que in ipsa Constitutione continentur peragenda in simul congregentur. Quod si paucitas aut nimis distantia locorum ne id quidem patientur sicutem Tribus ex antiquioribus Patribus unius monasterii aut domus ejus provinciae facultas et autoritas per Capitulum generale a Visitatoribus informandum demandetur.

Prohibemus presenti decreto ne quis in postrem cuiuscumque religionis alterius admittatur ad Ordinem nostrum ad habitum Ordinis, nisi cum hoc expresso pacto, quod non quam promoveatur ad officia Ordinis. Huius vero qui jam sunt, recepti ad Noviciatum, possunt habere officia, si Superioribus illorum visum fuerit, et qui jam habent possunt ea tenere et ad alia promoveri.

Et recte quia ab initio hoc fuit observatum in Ordine, et cardinales Concilii Tridentini interpretes declaraverunt in Ordine nostro posse promovere, haec quoque ordinatio revocata fuit.

Patres Diffinitores attendo universalis incendio Carreria domus Cartusie via Triginta plus minus milibus aureorum reparabili et granere alieno, quo in presentiarum approximatis afflita mater Ven. Cartusia rogant vehementer, atque etiam si opus est, praecipue omnibus Visitatoribus provinciarum, domorum Prioribus, ut in Santa calamitate succurrant secundum uniuscujusque domus.... facultatem supplici et egesti matre.

Carreria domus combusta.

Domus Cartusia Munera vero sive elemosynas, quae fortasse spontanea Primum  
munera respuit. Ordinis virorum vel domorum voluntate mitti possent vel  
domini vel Priori Cartusia vel aliis singularibus ejusdem  
Iuxta ordinata domus personis respuit ipsa domus Cartusia pro sua in-  
utilis admodum Aegritate, et ideo Capitulum prohibet sub pena absolutionis  
fuit. quoad officiales, et carceris quoad alias, quantumcumque illa  
munera sive elemosyna magna aut exiguae videantur.  
Led si in futurum contingat Cartusia egere proposital pu-  
blice in aula semper Capituli generalis in schedula suam  
indigentiam.

M. quieti et utilitati nostrarum Monialium consule-  
mus, prohibemus omnibus personis Ordinis nostri ne illa-  
rum monasteria adeant, nec suas famulos mittant nec ab  
illis litteras vel munera accipiant vel deant. Si quid ta-  
men Piores vel Conventus dare elemosynae nomine ipso  
Monialibus voluerint, mittant illud non singularibus per-  
sonis, sed socii domini et Conventui. Barum Visitatores ha-  
men poterunt ad donos illarum proficiere secundum for-  
mam Statuti; quam ordinationem extendimus ad omnes  
Moniales ceterarum religionum.

Iuoniam autem per malos et ineptos officiales magna-  
malorum pars oritur in Ordine, praecipimus in virtute  
sancte obedientie neminem unquam posse eligi aut institui  
Priorem, Vicarium, Antiquorem, Procuratorem, Sacristam, et  
multo minus Visitatorem cuiuscumque domus vel provincie  
qui semel crimen commiserit de quo constet, vel qui sit  
aperte male fama, aut etiam dubia et suspecta apud  
probos et graves viros vel Ordinis vel etiam extraneos prout

expresse habetur in Statutis. Quod si alter alicuius officiales electio aut institutio facta fuerit ipso jure nulla sit.

Deinde de verbo ad verbum subjectur ordinatio facta anno ..... de Monialibus.

### Ordinatio Domorum provincie.

D. joannes de Priore domus Lyra non fit misericordia. Quem nichilominus sub-  
